



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Illvstrissimi Viri Petri De Marca Archiepiscopi Parisiensis Dissertationvm De Concordia Sacerdotii Et Imperii, Sev De Libertatibvs Ecclesiæ Gallicanæ, Libri Octo

Marca, Pierre de

Parisiis, 1669

II. De his qui parentes suos vel majores contemnendo discipiciunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15591

Hier. 35.

minus per Hieremiam, ita dicens: Pro eo quod obedistis precepto Ionadab patris vestri, & custodistis omnia mandata eius, & fecistis universa quae praecepit vobis, propterea haec dicit Dominus Deus Israel: Non deficiet vir de stirpe Ionadab filij Rechab stans in conspectu meo cunctis diebus. In Malachia quoque sic Dominus ait: Filius honorat patrem, & servus dominum suum. Si ergo pater ego sum, ubi est honor meus? Et si ego Dominus sum, ubi est timor meus?

Malach. 1.

Hinc & in evangelio ipsa Veritas ad Pharisaeos ait: Quare & vos transgredimini mandatum Dei propter traditionem vestram? Nam Deus dixit: Honora patrem & matrem. & Qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur. Vos autem dicitis: Quicumque dixerit patri vel matri, Manus quodcumque est ex me, tibi proderit, & non honorificabit patrem suum aut matrem suam, & irritum fecistis mandatum Dei propter traditionem vestram. Et item alibi ad Iudaeos ait: Ego honorifico patrem meum, & vos inhonorastis me: Item alibi: Non veni, inquit, facere voluntatem meam, sed ejus qui misit me patris. Paulus quoque in epistola sua ad Ephesios ait: Filij, obedite parentibus vestris in Domino. Hoc enim justum est. Honora patrem tuum, quod est mandatum primum in promissione, ut bene sit tibi, & sis longaevus super terram. Item ad Colossenses: Filij, inquit, obedite parentibus vestris per omnia. Hoc enim placitum est in Domino. Petrus quoque similiter in epistola sua ammonet, dicens: Adulescentes, subditi estote senioribus. Omnes autem invicem humilitatem insinuate: quia Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.

Matth. 15.

Joa. 8.

Joa. 4.

Ephes. 6.

Colos. 3.

1. Pet. 5.

suorum figeret tabernacula. Sedin Isaac vocatum est parenti semen cui benedixit Dominus, & pactum suum statuit illi in saeculus sempiternum & semini ejus post eum, quia per omnia patris sui obtemperavit voluntati. Huic nati sunt duo filij, Esau videlicet & Iacob: quorum primus erat rufus, & in morem pellis hispida; qui adultus factus est vir gnarus & homo agricola. Sequens autem frater ejus vir erat simplex, habitabat in tabernaculis. Unde & mater eum maxime diligebat, cui & paterna benedictio pleniter perveniebat, fratre ejus seniore propter cupiditatem escae primogenitorum honorem perdente. Similiter & pater Iacob Ioseph filium suum minorem natu super omnes filios suos diligebat, quem scriptura mansuetissimum atque justissimum esse testatur, qui patrem suum atque fratres pietate largissima fovebat ac nutrebat. Moyses igitur, qui constitutus est a Deo dux populi Israel, & cum Deo loquebatur sicut homo loquitur ad amicum suum, numquid in minoribus ejus praecipue praedicatur quod homo fuerit mitissimus ultra omnes homines qui morabantur in terra. Iesus vero minister Moysi, quia per omnia fidelis & devotus atque obediens fuit domino suo, principatum populi Israel divino iudicio electus post Moysen accepit, & feliciter usque ad finem perduxit. Sic & David, minimus inter fratres suos, ob hoc maxime Deo placuit, & ad regni culmen pervenit, quia humilitatem, patientiam, ac mansuetudinem maxime in minoribus suis servavit. de quo in psalmo scriptum est: Memento, Domine, David & omnis mansuetudinis ejus. Hinc & in Machabaeorum libro legitur: David in sua misericordia consecutus est sedem regni in saecula. Ananias, Azarias, Misael in fide persistentes liberati sunt a flamma. Daniel in sua simplicitate ereptus est de ore leonum, & honoribus sublimatus, factus est in regnis inclitus. Sic videlicet omnes qui speraverunt in Deum, & patienter ejus adiutorium praestolabantur, nequaquam ab eo sunt deserti.

De his qui parentes suos vel majores contemnendo despiciunt.

CAPUT II.

Gen. 9.

QUANTUM autem displiceat Deo de honestatio parentum, exempla illa quae inveniuntur in divinis libris declarant. Nam cum post diluvium Noe plantasset vineam, & se vino inebriasset, nudatusque jacuisset in tabernaculo suo, medius trium filiorum ejus, qui patris sui nuditatem conspiciens inrulerat, maledictionem debitam in semine suo perceperat; ceteri vero filij ejus, qui velaverunt obscenitatem parentis, benedictione patris perpetuo sunt remunerati. Sic & ceteris Patriarchis displicuisse reperitur inaequalitas ac feritas morum sobolis suae, & mansuetudo placita fuisse. Denique de Ismael primo filiorum Abraham legitur quod homo ferus esset, manusque ejus contra omnes, & manus omnium contra eum, & quod e regione univerforum fratrum

Gen. 27.

Hier. 48.

Quod regia dignitati honor sit & obedientia ab omnibus deferenda, contumacia autem superbiorum disciplinam coercenda.

CAPUT III.

QUOD autem regiae dignitati honor sit a subditis offerendus, & quod Deo displiceat contumacia subditorum, ostendit scriptura divina tam in sententiis quam etiam in exemplis. Nam in Exodo scriptum est: Dii non detrahes, & principi populi tui non